

Viro præclarissimo &
excellentissimo dn. Erico
Falandro, in Regia Academia
...

Bill, Matthias, Bill, Matthias,

1 Ic 1681 Falander, Ericus



Q. F. F. Q. S.

VIRO

Praclarissimo & Excellentissimo

DN. ERICO
FALANDRO,

In Regia Academia Aboënsi

Lingvarum Professori Ordin.

Anno M. DC. LXXXI. die 21. Junij,

RECTORI MAGNIFICO

Creato atque pronuntiato

Fausa & Felicia quævis

In debiti officii Signum

Apprecantur.

ABOE, Impr. à Job. Waldio, A. T.



5

Refectō illorum pectora, qui fluxas
fortunaꝝ opes per fas nefasque corra-
dunt, tanta nunquam premeret vesa-
nia, nec rerum terrenarum adeò in-
gens vexaret desiderium, si mundi
hujus vanitatem & inania oblectamē-
ta aliquanto curiosius ponderare pos-
sent. Quid est, quæso, in amplissimis
domorum pomæriis, in pretiosâ supellectile, in pavimen-
tis marmore stratis, distinctis auro conchyliatisqve ve-
stibus, quod spem promittat infallibilem? Cum singula uno
fortunaꝝ ictu in cineres & favillam sæpissimè abeant: quid,
in auri argentiq; copiâ, Indorum gemmis, Persarū gazâ, Assy-
riorum purpurâ, in Corinthiorum deniq; quas ingeniosus
formaverat artifex, statuis invenitur stabile? hæc omnia
ab arte elaborata, ab industriâ & curâ perfecta, ab ingenio
deniqve perpolita, tacito annorum decursu, suo quasi con-
ficiuntur senio; adeo, ut nihil sub Sole tam durabile,
quod dies & ævæ non paulatim consumant. Nihil à facie
tam pulchrum & placidum, quod seculorum fata ad rugas &
supercilium non damnent. Terra mater, quæ suum nobis
depositum benignè concessit, omnia tandem in sua iterum
viscera resorbet: & tanto celerius fluxa hæc evanescent
ac pereunt, quanto gravioribus fortunaꝝ ludibriis & vicissitu-
dinibus sunt subjecta; Quod non magis adstruit tempo-
rum testis, rerumqve gestarum conservatrix Historia, quam
idem comprobat vitæ quotidianæ magistra Experientia.
Eligenda itaqve possessio reliquis omnibus constantior &
magis pretiosa. In eruditionem credo, salvo possessore
nullum habet imperium sive fluctuum inundatio, sive in-
cen-

cedentium flamma, siue alius denique fortunæ casus: hæc possessio cum corpore non perit, sed suos posteris magis magisque commendat, ut in longam seriem annorum memorabiles & clari vigeant; dum cæterorum amissis caducis ac cum eos occupat interitus, & nomen & fama simul moriantur. Sic alumni literarum nesciunt fatorum legem, & tum maximè vigent, cum extinctorum desiderium perennis illustrat memoria. Hinc quoque illis provida altissimæ divinæ Majestatis cura fideliores semper providerat ac etiam num providet Patronos, qui in scenam tanquam novi, alius post alium prodeant actores, ac labantis aliquando mularum Theatri restituant statum; quibus tantam concessit ingenii vim divina eadem bonitas, ut de præteritis ac præsentibus rectè non modo judicare, verum etiam de rebus futuris callidissimè conjecturare possint; Quibus inquam tantum inest animi robur, tantaque omnium rerum sagacitas, ut de cunctis quasi communicato cum sideribus consilio æquissimam pronunciare possint sententiam. Hodiernodie novus creatur Rector Magnificus, & en fasces sceptraque; Academica Vir Præclariss. atque Excellentissimus & de re literariâ optimè meritus, Dn. ERICUS FALANDER lingvarum Professor Celeberrimus, Studiorum promotor magnus, patronus & mecenas meus omni animi reverentiâ obsequiique cultu ætatè prosequendus amplissimi senatus Academici voto ac suffragio capit. Tuæ itaque Magnificentie læto animi applausu amplissimam hanc gratulor dignitatem sicut mihi gaudeo illum num illuxisse diem, quo sub Tanti favoris umbrâ tranquillè licebit quiescere. Ergo plaudite mecum omnes boni: apprecamini novo Magnifico RECTORI fausta & felicia quævis: quin etiam Deo Ter. Opt. Max. gratias agimus immortales, quod illustre hocce scientiarum Palladium Academiam cum ejusdem
Bibli-

5
Bibliotheca nupero luctuoso incendio benignè eripuit us-
saret dignitas literarum, Pietatis vigor, Professorum curae,
imperii gloria, ingeniorum salus.

MAGNIFICI DN. RECTORIS

Additissimus Cliens

MATTHIAS Will Ang.

Dum Rector Magnificus, charissime Parens,
hodie pronuntiaris, in pias voces, & gra-
tulationes erumpunt Amici atque disci-
puli. Inter quos ego quoque quamvis non
prolixo verborum adparatu, calidissimo tamen affectu
meum gaudium, ac preces interstinguo. Agnosco & in-
telligo Te dilectissime DN. PATER, meum esse asylum, pro-
tectorem atq; gloriam. Proinde si quisquam alius tibi fau-
sta atq; felicia apprecatur, ego certè cum illo certare non
dabito; identidem ingeminaturus, diu vivas, diu charis-
sime Domine parens valeas nobis & patriæ in solatium
& commodum!

Ita precatur Filius obedientissimus

ERICUS FALANDER Junior.

Lineolam omninò à me cum expectari intelligam, per-
brevis saltem acclamatione tibi charissime parens, dum
novum & molestum Rectoris Magnifici munus hodie
expeffas adplando: Deus te conservet! sit tecum Deus! Deus
te conservet! Id simplex & candidum votum est

Filiū obedientissimū

SAMUELIS FALANDRI.